

PROPOSITIO IV.

Contritio, quatenus animi dolor est, non potest esse nimia.

Ejus namque mensura est amor Dei, qui nimius esse non potest: & deformitas peccati, quod nimis displicere non potest, quatenus Dei est offensus. Sed dolor, qui sensu percipitur, potest esse nimis; velut si quis ita dolori, & lacrymis indulget, ut, oculos amitteret, corporeque extaberetur: sicut etiam exterior corporis afflictio non debet esse nimia. Unde Epistolae ad Rom. 12. dicitur, Rationabile obsequium vestrum. Ita s. Thomas in 4. Sentent. dist. 17. q. 2. art. 3. q. 3. Si quis autem dolore Contritionis ex animo in sensu redundantem non temperaret, non advertens, fervoreque raptus, in tali casu non peccaret, (inquit s. Bonav.) quia daret operam rei licitae. Si autem advertat, debet temperare. Hoc tamen consilium, sit Seraphicus Doctor, paucis necessarium est. Si autem non temperaret, vel affectione gaudii, vel consolatione spei, transgrediret metas virtutis, ac proinde Contritionis.

De Contritione.

PROPOSITIO V.

Gravioribus peccatis major Contritio respondere debet.

Majorem enim ratio doloris est in uno, quam in alio peccato, sicut offensus Dei: ex actu liquidum magis inordinatum Deo gravius offenditur. Praeterea idem ordo efficit debet in dolore, qui in amore, cum ex ipso ortum habet: sed magis bonum secundum ordinem dilectionem magis amandum est: pari ergo ratione gravius malum est magis detestandum. Nec solum intelligenda est Propositio de dolore quatenus affectus est animi peccatum detestantis, sed etiam quatenus sensum afficit, & libere suscipitur quasi poena peccati. Majori etenim culpa major poena debetur. Ita docet s. Thomas, in 4. Sentent. dist. 17. q. 3. art. 3. q. 3. Quod a Patribus dicitur, S. scilicet Cyrilliano in Tract. De lapsis, dicitur: Quam magna deliquimus, tam granditer aestimamus. Alti vultus diligens, & longa medicina non desit. Paenitentia crimine minor non fit. Et s. Ambrosio Lib. 1. De Paenitentia, c. 2. Scribitur: Qui culpam exaggeravit, exaggeret etiam poenitentiam. Majora enim crimina majoribus abluantur flentibus. Ita nec Novatianus probatur, qui veniam intellexit omnibus, nec vos eius discipuli imitatores ejusdem, & condemnatores, qui in ministerio sua Paenitentia, ubi angustia oportet: quia graviora peccata majoribus sustentanda fuerit docuit Christi misericordia. S. denique Hieronymo, Epist. 27. ad Eustochium dicit: In Paula (inquit) credentes fontes lacrymarum: in levis peccata plangebat, ut illam gravissimum criminum crederes rem.

ARTICULUS VI.

De Contritionis diuturnitate.

PROPOSITIO I.

Contritionis dolor perpetuus esse debet.

De Contritione.

Duplex dolet.

Doctrina est s. Thoma, in 4. Sentent. dist. 17. qu. 2. art. 4. duplicem dolorem distinguens: unum rationis, qui est detestatio peccati a se commissi: alterum sensitivae partis, qui ex illo consequitur: & quantum ad utrumque (inquit) Contritionis tempus est totus praesentis vitae status. Quamvis enim aliquis est in statu viae, detestatur incommoda, quibus a perventione ad terminum viae impeditur, vel retardatur. Unde cum per peccatum praeiteritum vita nostra cursus in Deum retardatur, (quia tempus illud, quod erat deputatum ad currendum, recuperari non potest,) oportet, quod semper in vita hujus tempore status contritionis maneat quantum ad peccati detestationem. Similiter etiam quantum ad sensitivum dolorem, qui usque peccati a voluntate assumitur. Quia enim homo peccando poenam aeternam meruit, & contra aeternum Deum peccavit, debet poena aeterna in temporale mutata (altem dolor) in aeterna homine, id est, in statu hujus vitae remanere. Hinc Ezech. 5. dicitur: depropiato peccato noli esse sine metu. Perpetua ita, quae de peccato dolor esse debet, ut Deus nobis propitius sit. Quamvis autem Satisfactio temporis definitum sit, non tamen Contritio: quia poena in Satisfactione imposita proportionem habet cum culpa ex parte conversionis ad creaturam, ex qua finita est: sed dolor Contritionis respondet culpae ex parte averisionis a Deo, ex qua infinitudinem quamdam habet. Et ita vera Contritio debet semper permanere (inquit s. Thomas.)

Tria in Contritione spectanda.

Addit Quaestione tertia, tria in Contritione spectari possunt: primum est Contritionis genus, quod est dolor: secundum est Contritionis forma: quia est actus virtutis gratiae informatus: tertium est Contritionis efficacia, quia est actus meritorius, & sacramentalis, & quodammodo satisfactorius. Sancti, qui Deo in caelis fruuntur, Contritionem habere

non possunt; quia carere dolore, propter gaudii plenitudinem. Damna Contritione carere, quia est dolent, desit tamen eis gratia dolorem informant. Animae in Purgatorio detentae dolorem habent de peccatis gratia informatum, sed non meritorium; quia non sunt amplius in statu merendi. In hujus autem mortalis vitae curriculo, doloris capax sumus: gratiam a Deo impetrare possumus, quia dolor ille informantis, in statu debet merendi, Sacramento suscipiendi & satisfaciendi Novum. Propositionem nostram confirmat s. Thomas a Villa Nova, Sermon. in Dominica Passionis. Quarta (inquit) conditio doloris, quod sit perpetua: nam poenitentia cum vita finiendae est. Vide, peccator, quod tunc imponis super te propter momentum detestationis. Non tamen sic est intelligendum, quod dolor ille continuetur duret per totam vitam, hoc enim quis potest? Sed quod quies peccatum tibi occurrit in memoriam, teneris odio habere, & detestari, ut te poenitentia secuti illud. Quidam dicunt, quod sufficit, ut non placeat, sed vitius est, ut etiam displiceat. Unde Psalmus: Peccatum meum contra me est tempus. Excitans: Totam die, id est, tota vita, contristatus ingrediebar.

Psalm. 50. Psalm. 57.

PROPOSITIO II.

Momentanea Contritio, modo verasit, & sincera, sufficit ad veniam peccatorum quovis tempore obtinendam.

Ut enim ait s. Leo, Ep. 82. alias 91. ad Theodorum Forojuliensem Episcopum, hic quo tempore necessitatis, & in periculis urgentis instantia, praesidium poenitentiae. Quod mox reconciliandis implorat, nec Satisfactio interdicenda est, nec Reconciatio deroganda: quia misericordia Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire: apud quem nullas pariter variat moras una conversio, dicitur Spiritus Dei per Prophetam. Cum conversus ingemueris, tunc filius eris. Et alibi, Dic tu iniquitates tuas prior ut justificeris. Et iterum: Quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. In dispensandis itaque Dei donis non debemus esse difficiles, nec necessitatem se lacrymas, gemis, &que negligere, cum ipsam poenitentiam affectionem ex Dei credamus inspiratione conceptam.

16. 43. 26. Secundum 70. 11. 129. 7.

Confirmat ex Canone, Talis, Dist. 3. De Poenitentia, qui ex s. Jo. Chryso. in Epistola ad Theodorum lapsam fumpus est. Talis, (inquit) mihi crede, talis est erga homines pietas Dei: numquam enim spernit Poenitentiam, si ei sincere, & simpliciter offeratur. Etiam si ad summum qui perveniat malorum; & inde tamen vult reverti ad virtutis viam, suscipit, & libenter amplius: facit omnia quatenus ad priorem revocet statum: & quod eff ad huc praesentis, & eminentius, etiam si non potuerit quis explorare omnem satisfaciendi ordinem, quantumcumque tamen, & quantumlibet brevi tempore gestam non respuit Poenitentiam: suscipit etiam ipsam, nec pariter quamvis exigua conversionis herede mercedem. Id Ninivitarum, & Boni Latronis exemplo s. Jo. Chryso. confirmat Hom. 27. in Genesim: Ninivites (inquit) tanta peccatorum multitudine aggravati, qui magnam, & veram Poenitentiam egerunt, non indigent amplius, quam trium dierum tempore ad provocandum Dei bonitatem. & antiquandam, quae adversum se latebat, sententiam. Et quid dico, Ninivitas? Latro in cruce neque uno die opus habebat. Et quid dico, die uno? Neque brevi hora. Tanta est Dei erga nos misericordia. Nam ubi videtur voluntatis nostra firmum propositum, & ferventi non desiderio ad se accedere, non tardat, neque differt, sed accelerat.

ARTICULUS VII.

REGULAE MORUM

Contritionem spectantes explicantur.

REGULA PRIMA.

Qui sola poena timore concussus de peccatis dolet, ad iustitiam abstinere propositum, ita ut Deum tanquam omnium iustitia fontem diligere non incipiat, Sacramentali Absolutione donari non debet.

Incertum enim vero esse faterentur ipsi servilis Attritionis defensorum, an servilis attritio cum Sacramento sufficit ad justificationem peccatoris. Unde asserunt, eum qui in mortis periculo constitutus est, absolvi non possit, si solum illam Attritionem ipsam habere perfectum sit, nec facere, quod in se est, ut vere certetur quia damnationis aeternae periculo se exponit, qui ita affectus est. Nam ubi est mortale dubium, est mortale dubium, cum illa opinio nec valde antiqua, nec multum communita sit: (ut loquitur Sanchez Lib. 2. c. 9. num. 34. Becanus, Tr. 1. Idem asserunt Sanchez Lib. 2. c. 9. num. 34. Becanus, Tr. 1. c. 4. q. 9. De Bonitate, & Malitia humanorum Actuum, ad tertiam. Comitatus, Lib. 1. Quae. Moral. Q. 32. nu. 8. insignes, & eruditi Societatis Jesu Theologi, & P. Gamaehaus, Doctor, & Professor Sorboicus in Tract. De Poenitentia.)

De Contritione.

ntentia, e. s. Porro si in mortis discrimine haec sententia non est omnino tuta, & periculo violandi Sacramentum se exponit, qui illam sequitur: nec sequendi est toto vitae curriculo, cum periculum sit non minus sacrilegii committendi, si haec opinio falsa sit, quae servilem Attritionem sufficere censet, ut fossam falsi sit, eruditissimi Theologi fatentur. Et certe cum Christianus quisque eo animo, & aequae pietate disponere se debeat ad Sacramentum suscipiendum, cum fuisse querat, salus suae curam tenetur: siquidem mors est tempus in januis: tenetur est non magis licere frans quam moribandis, legi opinionem quam non est omnino certa, nec tuta, qualis illa est, quae Attritionem omni Dei amore destitutam sufficere ad justificationem cum Sacramento asserit. Gravior enim peccaret homo in rebus ad salutem animae pertinentibus, velo solo, quod certis incerta proponeret, inquit s. Aug. Lib. 1. De Baptismo, c. 3.)

REGULA II.

Qui nihil timet magis quam a Deo separari, ejusque Visione beatifica privari, sufficienter contritus censendus est, ut Sacramentali Absolutione donetur.

Dei castus amor.

Hic enim Deum tanquam omnium iustitiae fontem, gratis amore casto diligit, ut docet s. Aug. Ser. 173. alias 19. De Verbis Apostoli. cap. 10. Aliud est (inquit) timere poenam; aliud est amare iustitiam. Amor castus in te esse debet, quo amore desideras videre, non caelum, & terram, non campos liquidos maris, non spectacula nugatoria, non fulgorem nitoremque gemmarum: sed desideras videre Deum tuum, amare Deum tuum: quia dicitur est: Dilectissimi, filii Dei sumus, & nondum apparuit, quod erimus. Scientiam autem, qua cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus cum sicut est. Ecce propter quam visionem fac bonum, videre Deum tuum, si in hac peregrinatione illo amore suspiras: ecce probat te Dominus Deus tuus, quasi dicat tibi: Ecce fac quod vis, imple cupiditates tuas, extende negotium, dilata luxuriam; quicquid libenter licitum putas: non hinc te punio, non te in gehennas mitto, faciem meam tantum tibi negabo. Si expavisti, amasti; si hoc quod dicitur est: Faciem suam tibi negabit Deus tuus; contemnit cor tuum, in non videndo Deum tuum magnam poenam passuri, gratis amasti. Quicumque ergo Deum, ut bonum suum, ac aeternam suam beatitudinem diligit, illum amicitiae, non concupiscentiae desiderio expetit. Non enim illum ad commodum suum deprimit, verum diligit, ut se illi omnino subdat, illi obtemperet, in illoque tanquam in fine suo ultimo requiescat. Castus quidem non est amor, quo Deus ut origo, & auctor bonorum externorum, fontique terrenae felicitatis tantum diligitur. Qui Deum hoc modo diligit, illum non tam propter ipsum, quam propter ista; quae ad ipsum accipiunt, vel sperant bona, diligit. Hinc s. Aug. Enarr. in Psal. 43. ait: Exiguit a te, ut tu eum gratis colas, non quia ista temporalis sed quia praesentis aeternae. Sed castus est amor, quo quis Deum diligit tanquam suum, & omnia creaturae rationalis beatificum bonum.

2. Joan. 3.

De Contritione.

Qui Deum diligit, ut finem suae beatitudinis, non est inexcusabilis.

16. 226. 2. 11. 72.

Purus amor Dei non excludit ipsius desiderium beatitudinis nostrae est.

Id confirmat s. Bernardus, Sermon. 8. De Diversis; Nuncquid (inquit) mercenarius eum qui appetit, qui parvum inibi hereditatis, amque toto effectus expetit, & expectat, quam nimirum suum mercedem esse, non mercenarii, Prophetae tamen alter gradus sublimior, & affectus dignior ipso, cum penitus castigato corde nihil aliud desiderat anima, nihil aliud a Deo querit, quam ipsum Deum. Crebro si quidem didicisti experiente, quoniam bonus Dominus sperantibus in se, anime querenti ipsum, ita ut jam ex affectu cordis, neque ex sententia clamat illud in Psalmos: Quis enim mihi est in caelo, & a te quis volat super terram? Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in aeternum. Neque enim suum aliquid, non felicitatem, non gloriam, non aliud quidquam tanquam privatum sui ipsius amore desiderat anima, qua ejusmodi est: sed tota pergit in Deum, unicumque ei, ac perpetuum desiderium est, ut in introducta eam Rex in cubiculum suum, ut ipsi adhaeret, ipse fruatur.

Id confirmat Hugo a s. Victore, Lib. 2. De Sacramento, cap. 8. Sed forte (inquit) mercenarius eris, si diligit Deum, & servit ei, ut primum ab illo accipias. Dicunt hoc sicut ei quidem, & tam falsi, ut se ipsos non intelligant. Diligimus Deum, & servimus illi: sed non querimus primum, ut mercenarii simus: etiam ipsum non querimus. Dabit si voluerit, sed nos non querimus. In tantum enim excutiemus manus ab omni manere, ut etiam ipsum non queramus, quem diligimus. Pars enim est gratia, & boni dilectionis non diligimus, nihil querimus. Ipsi cogit, si quid dare voluerit, nos nihil querimus. Diligimus ipsum, sed non querimus aliquid, etiam ipsum non querimus quem diligimus. Audite homines sapientes. Diligimus, inquit, ipsum: sed non querimus ipsum. Iste est dicere. Diligimus ipsum, Nat. Alex. Theol. Tom. I.

sed non curamus de ipso. Ego homo sic diligi nolle non vobis. Si me sic diligeretis, ut de me non curaretis, ergo de vestra dilectione non curarem. Vos videretis, si diligam est ut Deo offeratis, quod homo digne responderet. Quomodo inquit, mercenarius non sumus, si Deum propter hoc diligimus, ut primum ab ipso accipiamus? Non est gratia hoc amare, neque amor ipse filialis, sed mercenarius, & servus, qui pretium querit pro servitute sua. Qui hoc dicunt, virtutem dilectionis non intelligunt. Quid est enim diligere, nisi ipsum velle habere? Non aliud ab ipso, sed ipsum, hoc est gratis: si aliud quare ab ipso, gratis non amare. Nunc autem non aliud queris pro eo, quod amat, & tamen aliquid queris, & desideras in eo ipso, quod amat. Alioquin non amares, si non desiderares. Sed aliud est pro ipso, aliud in ipso. Si pro ipso aliquid amas, mercenarius. Si in ipso amas, & ipsum amas, filius eris.

De Contritione.

REGULA III.

Qui dolet, quod Deum, ut pareat, non diligit, ipsamque magis diligere desiderat, Deum ut omni iustitia sententiam diligere incipit: ac proinde sufficienter contritus censendus est ad Absolutionem Sacramentalem recipendam.

Desiderium enim amoris, initium amoris est. Siquidem, qui desiderat aut Guillelmus Parisiensis. Lib. De Sacramento Poenitentiae, cap. 6. Qui querit amare Deum, utique jam amat Deum, licet nondum ex amore, quem querit. Cum enim querat amare Deum, utique desiderat amare Deum: qui autem desiderat, amat. Amat ergo amare Deum, & non amat illud nisi propter Deum: Hinc s. Aug. Ep. 127. alias 45. scriptum est: Iusta vita, cum volumus, adest, quia cum ipsam plane velle, iustitia est; nec plus aliquid perficiendum iustitia, quam perfectam voluntatem requirit. Vides si labor est, ubi velle satis est. Sed hoc voluntas ut plena sit, oportet ut sana sit. Erat autem sana, si Medicum non respiciat, cuius solius gratia sanari potest a morbo desideriorum viciorum. Igitur & qui Deum vera, & sincera voluntate vult amare, ipsum amare incipit. Quicumque enim actus ita voluntate dependet, ut ad eos producendos externis membris, aut instrumentis minime indigeat, illi hoc pro productum, quos eos ipsa vere, & sincere, fortiter, & integre vult esse productos, potest quis vere, & sincere velle ambulare, scribere, edificare, qui tamen non ambulet, nec scribat, nec aedificet, quod vires corporis, instrumenta, & facultates voluntatem deficiant. Verum nemo sincere vult amare, qui revera amare non incipit. Hunc enim actum si voluntas omnino, & sincere velit, statim adeum necesse est, cum cum producere nihil aliud sit, quam illum velle. Qui autem firmum propositum habet non peccandi de cetero, quod necessarium est ad fructum Absolutionis consequendum, is certe Deum amare firmo proposito decrevit. Habet enim propositum servandi mandata Dei, ac proinde servandi primum, & maximum mandatum, hoc est, amandi Dominum Deum suum ex toto corde, illum igitur amare incipit. Nonne enim vero tur, quod quis gerit furandi propositum? Nonne adulter est, qui quis firmum adulterandi propositum concepit? Nonne avarus, qui quis amatori pecuniae est, qui quis firmo proposito decrevit pecuniam amare? Eadem igitur ratione Dei amator est, qui quis firmo proposito decrevit Deum amare. Quisquis autem peccatum sincere detestatur, & deinceps non peccare decrevit, Deum amare sincere desiderat, ac firmiter decrevit. Quomodo enim illud veteris amoris poeniteret, qui novo amore succendi non inciperet? Quomodo creaturam concupiscentiam detestaretur, qui cor suum non devoveret Creatori? Quomodo diceret, Iniquitatem odio habui, & abominatus sum, quia non diceret, Legem autem tuam dilexi? Propositionem nostram confirmat s. Fulgentius, Epistola ad Eusebium, ostenditque sine Caritate fieri non posse, ut quis Deum diligere velit. Dilectio (inquit) nullatenus diligitur. A se ipsa igitur dilectio diligitur, quia tunc diligitur, cum habetur, nec diligitur nisi habetur. Equidem potest diligi a nobis, etiam cum petimus, ut augatur in nobis: sed non diligitur eius augmentum, qui non habet initium. Non ergo sic caritas diligitur sicut numerus, aut aliquid ejusmodi. Potest enim quisque unum non habere numerum, & multitudinem diligere, ac desiderare numerum. Diligit ergo ipse numerum multitudinem, cum ne unus quidem numerus habere facultatem. Caritas tamen non habetur, si non diligitur, nec diligitur, si non habetur.

Ps. 118.

De Contritione.

REGULA IV.

Sacrilegii reus est, qui Sacramentalem Absolutionem recipit Deum super omnia non diligens, id est, finem suum altimum adhuc in creatura, non in Deum, constituens.

Ille enim Sacramentum violat, quod sine debita dispositione suscipit. Ille in affectu peccati perseverat, quod fe odisse, ac detestari coram Deo, & ejus Ministris profertur. Ille remissionem peccatorum, quam Deus ad se sincere conversis dumtaxat pollicetur, Deo, si fieri possit, Y y decc.

decepto suffragari conatur. Si conuersus fuerit, & ingenueris, saluus eris, inquit Deus apud Iſaiam. In hoc testimonio (inquit S. Fulgentius Lib. 1. De Remissione peccatorum, c. 11.) Deus & precepto utitur, & promisso. Dicens quippe, Si conuersus fueris, & ingenueris, saluus eris, ostendit ex conuersionis conditione promissionem salutis omnino pendere. Haec est igitur inter Deum, hominemque conditio, id est, inter praecipientem Dominum, seruumque poſcentem, inter iudicem, qui sine iustitia misericordiam praerogatur, & peccatorem, qui misericordiam iuste iudicantis expectat. Dicit igitur iste Dominus misericors, & iustus, & uerus, & pius: Si hoc feceris, hoc habebis. Ego tibi praecipio conuersionem, tu poſcis a me salutem. Si parueris precepto, poteris beneficio. Si iustitia fieri uideam, poſtulata concedam. Si conuersus fueris, & ingenueris, saluus eris. Cum dicitur igitur peccatori beneficium salutis accipere cupientis, quia si conuersus fuerit, & ingenuerit, saluus eris, conſequenter intelligitur, quia etiam si ingenuerit, tamen conuersus non fuerit, saluus non erit. Non enim frustra utrumque diuinus sermo complexus est, nisi ut hoc duo, id est, conuersionem, & gemitum, necessaria cognouerimus ad conſequendum salutis beneficium. Non sufficit gemitus orantis, nisi accedat effectus cordis. Nonnulli enim scelerum suorum consideratione perterriti, pro iniquitatibus suis in oratione gement, nec tamen ab iniqua operatione discedunt. Fatentur se male fauisse, nec ullum finem uolunt male factis suis imponere. Accusant humiliter in conspectu Dei peccata, quibus tenentur oppressi, & eadem peccata, qua humilitate sermone accusant, corda ueruo contumaciter cumulant. Indulgentiam quam lacrymosa gemitibus poſcunt, ipsi sibi praui operibus adimunt. Malediam poſtulant a deo, & in perniciem suam subrogant aduersum morbo. Inaniter uerbis querunt placare Iudicem, quem facti iniqui magis irritant ad furiam. Tales namquam diluunt gemitu peccatum, quia non desinunt peccare post gemitum. Rectissime igitur dicit Deus homini, Si conuersus fueris, & ingenueris, saluus eris. Apud Deum quippe seruum, & bonum, tunc oratio gementis auditur, tunc poſcentis serus attenditur, tunc seruis conceditur salus, si fuerit ad Deum contritionis humilitate conuersus. Non est autem uera conuersionis nisi hominis manus, qui finem suum ultimum in creatura peccando collocauerit, eique Creatorem poſtpoſuerit, a ueruo creaturae amore auerſus, Deum tanquam finem suum ultimum diligit, eoque nomine peccatum oderit, & detestatur, quod illum a summo illo bono, suoque & omnium creaturatum ultimo sine se separauerit. Si autem nec ita sit affectus, neque sic affectum se probabiliter putet, ac nihilominus Sacramentum recipiat, sacrilegium committit, ut docet S. Bonaventura in 4. Sententiarum, dist. 17. p. 9. q. 4. Nemo (inquit) recipit effectum Absolutionis, nisi caritatem habeat saltem in principio Conſeſſionis, uel in medio, uel in fine. Multis autem habet in fine, qui tamen non habent in principio, & alii se credunt habere in principio, & in fine, qui fortassis non habent: alii non habent, sed credunt se habere. Primi non incurunt offensam, sed acquirunt gratiam. Secundi euadunt offensam, quoniam non acquirunt gratiam. Tertii uero non acquirunt gratiam, sed iram.

REGULA V.

Quamuis Conſeſſarius explorare debeat animum Penitentis, an sit uere contritus; ipsam tamen interrogare non debet, an hoc, & illa supplicia, u. g. rotas, ignes, pelles detrahentem, &c. uxoribus, filiorum, bonorum omnium amissionem, & penas inferni, seclausa Deo offensa, pari malis, quam uel unum peccatum mortale perpetrare.

Nititur haec Regula 5. Tb. auctoritate, Q. 3. Supplementi, Art. 1. ad quartum. Sciendum est (inquit) quod quamuis talis debeat esse contriti dispositio, non tamen de eis reuocandus est, quia affectus suus homo non de facili mensurare potest: & quandoque illud, quod minus displicet, uideatur magis displicere, qui est propinquus nocturno sensibilibus, quod magis est nobis notum.

REGULA VI.

Vera Contritio renovatio pacis cum Deo in Baptismate initi esse debet.

Hinc S. Joannes Climacus, Gradu 5. ait: Penitentia est reuocatio Baptismi Penitentia est pacem cum Deo inuicem de uita priore emendanda & meliore instituenda. Hinc Gregorius VII. Pontifex Maximus, Lib. 7. Epist. 10. ad Britannia Episcopos, & Sacerdotes scribit: Quisquis digne uult penitere, necesse est, ut ad se redeat originem, & quod in Baptismo promissit, distulit scilicet, postquam illius abrenuauerit, & in Deum credere, uideat recte de eo sentiendo, mandatis ipsius obedire, sollicitus sit uigilanter custodire. Hinc Penitentiae non prius olim absoluebantur, quam elata in altum manu promississet deinceps non peccaturus, sed acturus vitam Christianam dignam, teste S. Eligio, Hom. 7. de Iudicentia. Si (inquit) quam uel humana fragilitas uere permititur, digne penitens, & deinceps ne talia

facere uelitis, uita mentis contentione promittitis, dexteras manus uestras in sublime extenditis, & ad haec caelestem conuersionem, & uultum Deo dignum genere ostendatis.

REGULA VII.

Quamuis Formula quaedam Praecum, qua inscribuntur, Actus Contritionis, pia sint, & Penitentibus utiles, non tamen consensu sunt Contritionis actum edidisse, quicunque Praecet huiusmodi recitari.

Utiles quidem sunt ad gratiam Contritionis a Deo postulandam, quam ex nobis ipsis habere, propriisque uiribus consequi non possumus: sed actus contritionis non sunt. Contritio namque, & amor Dei sunt actus, & motus uoluntatis, non cogitationis mentis. Ille porro Praecum formulae, siue ore proferatur, siue interius absque sono uerborum conspiciatur, non sunt actus uoluntatis, non propensionis cordis in Deum, sed actuum significationes, propensionis, & amoris testimonia. Quia his S. Aug. uerbis Lib. 13. Confessionum, c. 8. exprimitur: De mihi te, Deus meus, redde te mihi, te enim amo, & si parum est, tamen ualido. Non possum metiri quantum desit mihi amoris ad id, quod factus est, ut euerat uitam in amplexu tuo, nec auertatur, donec abscondam in absconditu uultu tuo. Hoc tantum scio, quia male mihi es praeceptor te, non solum extra me, sed & in me ipso, & omnis mihi copia, qua Deum meum non est, cogitas est.

Quaedam autem sunt uerae contritionis, & sincerae ad Deum conuersionis indicia. Primum est occationem peccandi fugi. Ut enim ait S. Bernardus, & sermo De Paschate, Non satis caute fugit hominem, (ut uidetur,) qui adhuc disponit in lubricis, aut errasse, qui ducem non querit. Sic uerae compunctionis indicium oportunitatis fuga, subtrahit occasiones.

Alterum uerae contritionis signum est frequens de Deo cogitatio. Si enim Deus super omnia diligitur, super omnia de illo cogitatur. Vix scire (inquit S. Bonav.) si Deum perfecte diligas, uel aliud plus Deo amas? attendo si de Deo plus, quam de aliis rebus cogitas, quia de illo plus cogitas, quod plus amas. Ubi enim thesaurus tuus, ibi cor tuum est. Veritas hoc docet, quia mentiri non potest, ergo si plus cogitas de mundo, plus de uero, plus de carnali amico, uel socio, quam de Christo, amas ista plus quam Christum. Hanc ob causam Dominus ait: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Nam (sicut S. Bernardus dicit), Diligere Deum ex toto corde, est diligere toto intellectu sine errore: diligere Deum tota anima, est diligere tota uoluntate, sine contradictione: diligere uero tota mente, est diligere tota memoria sine obliuione.

Tertium uerae contritionis signum est studium ardens querendi Deum, cum illius nostris peccatis amissum. Ut enim ait S. Greg. Hom. 25. in Euangelia, Vix amoris intentionem multiplicat inquisitionis. Sic Sponsa pro amore, & absentia Sponsi languens, illum ardentissima sollicitudine quaerit.

Quartum uerae contritionis signum, est studium bonorum operum, & desiderium, quo anima fertur ad omnia, quae Deo sunt placita. Da mihi uacationem amorem, & nihil operantem (inquit S. Aug.) Dilatare uacare non potest, nisi & mali nihil operetur, & quicquid potest boni operetur. Quid enim facit dilectio? Declina a malo, & fac bonum.

Quintum uerae contritionis signum est uindicta peccati. Cum enim ordo iustitiae poſtulat, ut peccatum impunitum non maneat, puniatur necesse est aut ab homine Penitentiae, aut a Deo uindictae.

Sextum uerae contritionis signum est constantia, & perseverantia in fuga peccati, & obseruatione diuinarum mandatorum. Si quis diligit me (inquit Christus) sermone meum seruet. Haec omnia fuerunt conuersionis, & uerae Contritionis indicia complectitur Apollolus 2. ad Cor. 7. scribens. Quae secundum Deum tristitia est, penitentiam in salutem stabilem operatur. Ego enim hoc ipsum secundum Deum contristari uos, quantum in uobis operatur sollicitudinem, sed de uisionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed emulationem, sed uindictam. Tristitia (inquit S. Thomas in huius loci Commentario) ex amore oritur. Tristatur enim qui quis caret eo, quod amat. Qualis autem est amor, talis est tristitia ex amore orta. Est autem duplex amor: unus, quod diligitur Deus, ex quo nascitur tristitia secundum Deum: alius, quod amatur saeculum, ex quo nascitur tristitia saeculi. Amor quo diligitur Deum, facit nos libenter seruire Deo, sollicito querere honorem Dei, & uacare Deo dulciter. Ex qua peccando impedimur a seruitio Dei, & ideo ei non uacamus, nec eius honorem querimus, ideo amor Dei causat tristitiam de peccato, & haec est tristitia secundum Deum. Haec autem tristitia operatur Penitentiam stabilem, & constantem, non fugacem, deliboriam, uacillansem. Secundo, sollicitudinem operatur ad uitanda mala, & facienda bona. Tertio Desiderium parat contra istos, qui nos ad malum inducunt, taciteque, ut eis resistamus fortes in fide, illique armaturam Dei opponamus. Quarto, Indignationem operatur. Penitentis enim sibi ipsi irascitur, quod ob uilia, & peri-

De Contritione.

Verae Contritionis indicia.

Occasio peccati fuga.

Frequens de Deo cogitatio.

Coactione a de B. Maria Magdalena. Matth. 6.

Math. 23.

Studium ardens querendi Deum.

Studium bonorum operum.

Psal. 16. 7. 5. Vindicta peccati.

6. Perseuerantia in bono. 10. 14. 21.

Tristitia iustitiae effectus.

peritiam Deum dereliquerit. Quinto, Timorem, quo metuit, ne Deum offendat, istique displicet. Sexto, Desiderium, quo anima fertur ad omnia, quae Deus iubet, secundum illud Regis Penitentis: Concupiscit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni meliore, & eos, qui in uia mandatorum Dei incedunt, imitari fludet. Octavo, uindictam, qua penitentis a se ipso peccata erigit, & Deique iustitiae satisfacere pro uirili conatur.

REGULA VIII.

Ad Contritionis actum elicendum tenetur homo in periculo mortis, & quotiescunque Sacramentum aliquod suscipiendum, uel administrandum esse: quoties tandem se a Deo auersum esse per peccatum mortalem cognoscit, ad quo alias contritus non fuit.

Hanc Regulam tradit S. Thomas, Q. 3. Supplementi, Art. 5. his uerbis: Cum propoſitum conſiderandi sit annexum contritioni, tunc tenetur aliquis ad hoc propoſitum, quando ad Conuersionem tenetur, scilicet quando peccata memoria occurrunt, praecipue cum in periculo mortis existit, aut in aliquo articulo, in quo suo peccati remissione oporteat eum peccatum incurere. Sicut cum tenetur Sacerdos ad celebrandum, si non desit copia Sacerdotis, conſideri tenetur: aut si desit, saltem conuerti tenetur, & habere propoſitum conſiderandi, copia Sacerdotis oblata.

Nec obstat, quod praecceptum de contritione sit affirmatiuum, quod etiam obliget semper, non tamen pro semper. Nec enim dicimus pro semper teneri hominem ad excitandum contritionem, sed pro loco, & tempore, uidelicet cum recipitur mala sua, in quibus offendit Deum; & Bonav. in 4. Sentent. dist. 16. q. 2. Prima Partis.)

Idem confirmat S. Antonius 3. P. Tit. 14. c. 18. Quantum (inquit) ad peccata mortalia, de quibus nonnulli quibus habuit contritionem, uideatur, quod semper tenetur, quando peccatum menti occurrat, ad aliu ordinandum, & detestandum peccatum. Alias peccat mortaliter peccata emissionis, quousque conuertatur. Dicit enim D. Thomas, quod post mortale peccatum non tenetur qui ad statim conuersionem: tenetur tamen ad statim conuersionem: nec enim per momentum licet stare in peccato. Unde Eccli 21. dicitur: Quasi a facie colubri fugit peccatum, Iom; nec enim tali maximum periculum: cum enim nulla necessitas excuset a Contritione, si uoluerit ante Contritionem, etiam si non potuit confiteri, quia subito moritur, nihilominus damnatur.

Et certe grauius peccare hominem, qui se a Deo auersum animauerit, penitentiam differat, confirmat sacrum oraculum Eccl. 5. Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim ueniet ira illius; & in tempore uindictae dispartet te. Quae uerba consilium dant, ut non praecipuum exprimeret, per absurdum diceretur. Praterea, Lex naturae docet nos, reconciliationem eum eo quem offendimus, non esse differendam, ubi datur opportunus: quo pertinet illud Domini mandatum, Matth. 5. Si ergo offers minus tuum ad Altare, & ibi recordaris fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi minus tuum ante Altare, & uade prius reconciliari fratri tuo. Et si illum nemo nisi tuum criminis tunc non confertur, qui monitus, ut patrem offensum placare conetur, cum facie id potest, nihilominus in eius inimicitia adhuc permansere uellet: quanto magis reus est, qui simul ac cognoscit Deum a se offensum, cum ibi reconciliari, ac propitium reddere uera, & sincera contritione non fludet?

Denique cor humanum feruit rei, quam propter seipsum amore predominantem diligit. Seruit igitur creatura, qui diligit ipsam pra Creatorem. Debet ergo homo simul se peruersitatem illam in se cognoscit, tam cito restipiscere ab amore, quo creaturam super omnia diligit, quam cito ab idololatria recedat: eumque sensum abiecit, quo creatura potius seruitur, quam Creatori. Hoc enim colitur, quod diligitur, unde quia Deus rebus omnibus maior, & melior inuenitur, plus omnibus diligendus est, ac colendus (inquit 6. Aug. Enarrat. in Psal. 77.)

CAPUT V.

De Confessione Sacramentali.

ARTICULUS PRIMUS.

Quid sit Confessio.

Confessio definitur in Catechismo Concilii Trid. de castitate accusatio, ad Sacramenti genus pertinens, & suscepta, ut ueniam uirtute clauium impetremus. Accusatio dicitur, quia peccata illa commemoranda non sunt, quasi sceleris nostri ostentemus, ut si faciant, qui latent, cum melis fecerint, ut omnino enarranda, quasi rem aliquam gestam ostendat, auditoribus delectatis causa exponatur. Verum accusatio animo ita enarranda sunt, Nat. Alex. Theol. Tom. 1.

ut etiam in nobis uindictae cupiamus. Hinc Tertullianus, Lib. De Penitentia, cap. 9. Exomologesis (inquit) qua delictum Domino nostrum confitemur, non quidem ut ignoſcat, sed quatenus Satisfactio Confessione disponitur, Confessione Penitentia uocatur, Penitentia Deum mitigat. Exomologesis proferendi, & humiliſſimam hominis disciplina est, & conuersionem inuicem misericordiam illentem, de ipso quoque habitu, atque uirtu mandata, sicut, & cineri incubare, corpus sordibus abscurare, animam uicioribus dicitur, illa, qua peccauit, tristi tractatione mutare. Plenaque uerae penitentiae aere, ingenisse, lacrimari, & magis dies, & noctesque ad Dominum Deum suum, Presbyteris aduolui. & caris Dei agneculari, omnibus fratribus legatione depre. 10th. 20. catione sua inungere. Haec omnia Exomologesis, ut penitentiam commendat, ut de periculo timore Dominum honorat; ut in peccatore ipsa pronuntians pro Dei indignatione fungatur, & temporali afflictione aeterna supplicia non dicam frustraret, sed expungat.

Dicitur ad Sacramenti genus pertinere, Christus enim, qui bene omnia, & unius salutis nostrae causa fecit, hoc Sacramentum instituit singulari bonitate, & misericordia, cum Apollolis post Resurrectionem unum in locum congregatis insulauit, dicens: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.

Dicitur uenia imperanda causa, quia hoc iudicium longe diffimile est forentibus capitulum rerum quaſtionibus, in quibus confessionis pena, & supplicium, non culpa liberatio, & errati uenia conſtituit est.

In eandem fere sententiam Confessionem definiunt SS. Patres, & ueteres Theologi. Ita quippe definitur ex S. Augustino: Confessio est, per quam morbus latens ipse uenia aperitur. Quae definitio colligitur ex eius Enarrat. in Ps. 66. ad illa uerba, Confiteatur tibi populi Deus, quae ita commentatur: Tuam iniquitatem confitere, gratiam Dei conſerere: te accusa, illum glorifica: reprehende, illum laudat: ut & ipse ueniam inueniat te peccatore tuum, & exhibeat tibi saluatorem tuum. Confiteri times Deo, ne confessum damnet? Si non confessus latens confessus damnabitur? Times confiteri, qui non confitendo esse non potes occultari: damnabitur tacitus, qui posses liberari confessus. Et quia ista Confessio non ad supplicium ducit, sequitur, & dicit, Latentur, & exultent gentes. Si plangunt ante hominem confessi latentes, latentur ante Deum confessi facies. Sibi ueniam iudicat, exigit a latrone confessionem dolor, & timor: immo aliquando confessionem premit timor, exigit dolor: & ille, qui plangit in tormentis, timet autem occidi confessus, portat ueritatem quantum potest, & scilicet dolore fuerit, proferat ad mortem uocem suam. Nasquam ergo laetis: nusquam exultent: antequam confiteatur, exorat unguis: cum confessus fuerit, damnatum carnis ex dicit: miser ubique. Sed Latentur, & exultent gentes. Unde? Per istam confessionem. Quare? Quia bonus est cui confitentur: ad hoc exigit confessionem, ut liberet humiliter ad hoc damnat non confitendo rem, ut punit superbum. Ergo tristis est, antequam confiteatur: confessus exulta, iam sanabitur. Confiteri tua sanum collegat, apollena uenerat, cruciatibus te, requiescere non sinebat: abiecit Medicus fontana uerborum, & aliquando facit, adhibet medicinalia seruum in correctione tribulationis: tu ergo scilicet Medici manus, confitere, exeat in Confessione, & desinat omnis sanies: iam uulsa, iam laetare, quod reliquum est, facelle sanabitur. Advocatum mitte tibi (Deus.) Propriam illam, & per illum confitere: ago causam tuam, & defensor est penitentis, & petitor uenia confitentis, & iudex innocentis.

Sic uero definitur a S. Gregorio: Confessio est peccatorum detestio, & ruptio uulneris. Quae definitio colligitur ex Homiliis illius 40. in Euangelia. Quid est (inquit) peccatorum Confessio, nisi quadam uulnerum ruptio? Quia peccati uirus salubriter aperitur in Confessione, quod pessifere latebat in mente.

Sic definitur a S. Raymundo, Lib. 3. Tit. De Penitentia, & Remissionibus, S. 13. Confessio est coram Sacerdote legitima peccatorum declaratio.

Sic denique definitur a B. Alberto Magno, in 4. Sentent. dist. 16. art. 16. & ab antiquioribus Theologis: Confessio est sacramentalis delinquentis accusatio, orationis, & per clauis Ecclesiae satisfactoria, obligans ad penitentiam, Penitentiam inuinculam.

ARTICULUS II.

De Confessionis Utilitate.

Confessio medium efficacissimum est ad iram Dei placandam, ad satisfaciendum illius iustitiae pro peccatis nostris; ad mores denique in melius emendandos.

1. Quam utilis sit ad iram Dei placandam sincera peccatorum Confessio, Sacra Litterae testantur. Admum Confessionis statum atque peccavit, Deus ad peccati Confessionem benigna uocatione hortatus est, ut a peccato liberaret. Gen. 3. Vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei: Ubi es? Quae uerba expendens S. Iam. Chrysoſtomus Hom. 17. in Genesim, ait. Vel ex ista interrogatio haec dignum est, X y 2

Nemo recipit effectum Absolutionis nisi caritatem habeat.

6. Perseuerantia in bono.

Tristitia iustitiae effectus.

Quid est Confessio Sacramentalis?

Confessio Sacramentalis.

hinc quidem & terrestres Principes vinculi potestatem, veram
corporum solam. Id autem, quod dicitur Sacerdotum vincu-
lum, ipsam etiam animam contingit, atque ad caelos usque
perducit: ut sic adest, ut quacumque in seculo Sacerdotes con-
fecerint, illa eadem Deus super terram habeat, ac servorum
Sententiam Dominus confirmet. Etenim quidam hoc aliud
esse dicunt, nisi omnem verum celestem potestatem illis a Deo
concessam? Quorumcumque enim in peccata remiseritis, remi-
ttantur eis, & quorumcumque retinueritis, retenta sunt.
Quam obsecro, potestas haec non major esse queat? Pa-
ter omne iudicium Filio dedit: ceterum video ipsum omne iudi-
cium a Deo Filio illis traditum. Nam quasi iam in calum
transiit, ac supra humanam naturam posuit, atque nostris
ab affectibus exempti, sic illi ad Principatum ipsum perducit
sunt. Quid multa? Rex aliquis, sicuti ex subditis suis bene
virescentem detulerit, ut potestatem habeat, quoscumque velit,
in carcerem constringat, ostenditque versus laxanda, bonus
ille, & admirandus iudicio omnium fuerit; at vero, qui a Deo
tanto maiorem accepit potestatem, quanto caelum terra pretio-
sius est, quanto etiam anima corporis praestant, hic valem
eo usque dignitatem accepisse nonnulli videri debet, ut vel in
illorum cogitationem ascendere queat, reperiri posse quanda-
que nonnulli aliquem ex eorum numero, quibus tanta illa fuerint
a Deo concessa: & ut ipsi manus suam sordescant, quique do-
num sibi a Deo datum aspiciant?

Idem confirmat S. Ambrosius, Lib. 1. De Penitentia, c.
3. Novatorum haereticorum convellens, qui potestatem pec-
cata remittendi se Domino reservandam serebant, Sed
ajunt (inquit) se Domino deferre reverentiam, cui soli re-
mitterentur criminum potestatem referrent. Immo nulli ma-
giorem injuriam faciunt, quam ei, cuius volunt mandata
excitare, commissum manus refundere. Nam cum ipse in
Evangelio suo dixerit Dominus Jesus: Accipite Spiritum Sanctum
de quorum remiseritis peccata, remittantur eis; & quorum
detinueritis, detenta sunt: quis est, qui magis honorat,
utrum, qui mandatis obtemperat, an qui resistit? Ecclesia
in utroque servat obedientiam, ut peccatum & aliger, &
revertit. Haereticus in altero immitit, in altero inobediens, vult
figare, quod non refertur, non vult solvere, quod ligavit:
in quo se sua damnata sententia. Dominus enim par jus &
solventis esse voluit, & ligandi, qui utrumque pari conditio-
ne permittit. Certum est, Ecclesiam utrumque licere, Haereticus
utrumque non licere. Ius enim hoc sibi permittit Sa-
cerdotibus est. Recte igitur hoc Ecclesia vindicat, qua veros
Sacerdotes habet: Haereticus vindicare non potest, qua veros
Sacerdotes non habet.

Suffragatur eidem veritati S. Hieronymus, Ep. 1. ad Helio-
dorum de laude vite solitariae, ubi jus triplex, ac officium,
seu triplicem potestatem in Sacerdotibus agnoscit, qua ma-
ximam ipsi venerationem conciliare debet: primo confi-
cendi corpus Christi, seu consecrandi Eucharistiam: se-
cundo, parturienti Christianis per Baptismum: tertio,
reconciliandi Deo, qui post Baptismum peccaverant, quod
pertinet ad potestatem clavium, & forum Penitentiae: &
hanc potestatem iudicariam esse docet. Absit (inquit) ut
de his quidquam suum loquar, qui Apostolice gradus
succedentes, Christi Corpus sacro ore consecrant: per quos
& nos Christiani sumus: qui clavus Regni Colorum ha-
bentes, quodammodo ante iudicium dicitur.

Sacros etiam Aug. Lib. 20. De Civitate Dei, c. 9. ex-
ponens Vilonem S. Joannis, Apocalypsis 20. Et vidi
sedes, & sedentes super eas, & iudicium datum est: iudicium
illud Ecclesiae Praepositis in Administratione Penitentiae
committendum interpretatur. Non hoc putandum est (inquit)
de ultimo iudicio dicitur, sed sedes Praepositorum, & ipsi Prae-
positi intelligendi sunt, per quos Ecclesia nunc gubernatur.
Iudicium autem datum, nullum melius accipiendum viden-
tur, quam, id, quod dictum est: Quae ligaveritis in terra,
ligata erunt & in caelo: & quae solveritis in terra, soluta
erunt & in caelo. Unde Apostolus: Quid enim mihi est
(inquit) de his, qui foris sunt, iudicata? Nonne de his,
qui intus sunt, vos iudicatis?

Hic concludit S. Greg. Magnus, Hom. 26. in Evangelia,
exponens laudatum Christi oraculum (Joannis 20.) Libert
interi (inquit) illi Discipuli ad tanta omnia humilitatis
vocati, ad quantum culmen gloriae sint perducti. Ecce non
solum de semetipsis securi sunt, sed etiam aliena obliga-
tionem potestatem relaxationis accipiunt: Principatumque su-
perni iudicii fortiter, ut vice Dei quibusdam peccata
retineant, quibusdam relaxent. Ecce, qui districtum Dei
iudicium meruunt, Animarum Iudices sunt: & alios dam-
nant, vel liberant, qui se ipsos damnari metuebant. Ho-
rum profectio nunc in Ecclesia locum Episcopi tenent. Li-
gandi, atque solvendi auctoritatem suscipiunt, qui gra-
dum Regimini fortiter.

Recte itaque Sacra Synodus Tridentina docet sess. 14. c.
5. Ex institutione Sacramenti Penitentiae universam Eccle-
siam semper intellexisse, institutam etiam a Domino inte-
gram peccatorum Confessionem, & omnibus post Baptismum
lapsis Iure Divino necessariam existere: quia Dominus nos-
ter Jesus Christus a terris ascensus ad caelos, Sacerdotes
sibi ipsos Vicarios reliquit, tamquam Praefides, & Iudices,
ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in qua Christi

Necessitas
Confessio-
nis.

1. Cor. 5. 12.

Fideles ceciderint, quo potestatem clavium remissionis, aut
retentionis peccatorum sententiam pronuntiant. Constat enim,
Sacerdotes iudicium hoc incognita causa exercere non potuisse:
neque equitatem quidem in ponit injungendos illos servare
potuisse, si in genere damnata, & non potius in specie,
ac singularem sua ipsi peccata declarassent.

Dogma Catholicum inde confirmatur, quod Penitentia
medicina sit, curandis peccatorum morbis a Christo insti-
tuta: & qui illius Administrationi praesident Sacerdotes,
sub summo, primarioque, ac celesti Medico Christo Do-
mino, ac Salvatore nostro filii animarum Medici ab ipso
constituti. Quomodo vero peccatorum morbos curabit Sa-
cerdos, nisi ipsos particulatim cognoscit? Quomodo vero
cognoscet, nisi illos aperuerit zegrotos, id est, inpeccato-
rum Sacramentali Confessione? Hinc Origenes Hom. 2. in
Psalm. 37. explicans illa verba: Quoniam iniquitatem meam
pronuntiabo, hac habet: Pronuntiationem iniquitatis, Con-
fessionem peccati frequentius dicitur. Vide ergo quid doceat
nos Scriptura divina, qui aperit peccatum non celare in-
virescent. Fortassis enim sicut illi, qui habent intus inflam-
mationem, aut humorem, vel phlegmatis stomacho
graviter, & misere imminenti, si vomuerint, velentur:
etiam hi, qui peccaverint, siquidem occultant, & retinent
intra se peccatum, invirescent argentur, & propemodum sus-
focentur a phlegmate, vel humore peccati. Si autem ipso
sui accusator fiat, dum accusat semetipsum, & confitetur,
sicut vomit & delictum, atque omnem morbum dixerit causam.
Tantummodo circumspecte diligentia, cui debent confiteri pec-
catorum suorum, proba prius Medicum, cui debent causam fla-
guoris exponere, qui sciat infirmum cum infirmante, sere
cum stente, qui consolandi, & compatiens novis disci-
plinam, ut ita demum si quid illi dixerit, qui se prius &
eruditum Medicum ostenderit, & misericordem, si quid con-
siliis dederit, faciat, & sequaris.

S. Basilii in Regulis brevioribus, in Responsione ad
Interrogationem 229. Omnino (inquit) in peccatorum Con-
fessione eadem ratio est, qua in operatione vitiorum cor-
poris. Ut igitur vitia corporis nequaquam quibusvis homines
remere aperiant, sed illi tantummodo, qui rationem, qua
ea curantur, tenent: eodem modo etiam peccatorum
Confessione fieri debet, opud eos videlicet, qui ea passim curant,
sicuti scriptum est: Vos qui fructus estis, imbecillitates
infirmorum portate, hoc est, tollite diligentia, & cura ve-
stra. Et in Responsione ad Interrogationem 228. Neces-
sario (inquit) in peccata aperiri debent, quibus credita
est dispensatio Mysericordiae Dei.

S. Greg. Nyssenus Oratione In eos, qui alios a se iudicant,
idem confirmat Major (inquit) in eo tibi fiducia sit, qui te
in Diogenem, quam in illis, a quibus corpore peccatus
est. Audacter ostendere illis, qua sunt recondita. Animi ar-
cana tamquam occulta vulnera Medico detege. Ipse, & ho-
noris, & valetudinis tuam rationem habebit. Et paulo infra:
Tu vero, cuius animus eger est, cur non ad Medicum pro-
piteris? cur non ei confidens morbum ostendis tuum?

S. Jo. Chrys. Lib. 2. De Sacerdotio, c. 3. Multa (inquit) ar-
te opus est, ut illi, qui laborant, Christianis persuadeatur,
ut ultra, se, ac volentes Sacerdotum curatibus summit-
tant: neque illi sciam, sed etiam ut curantibus, ac medicina
nomine quilibet habeant. Et Hom. 9. in Ep. ad Heb.
Cujusmodi (inquit) est medicamentum Penitentiae, & quomodo
confitetur? Primum est suorum peccatorum commemoriatio-
ne, & ex Confessione. Delictum, inquit, mem congnitum ti. Pl. 31. si
bi fecit, & peccatum meum non abscondi, pronuntiabo contra
me iniquitatem meam Domino, & tu remisisti impietatem
cordis mei. Erubescit: Dic peccata tua prior, ut iustificeris.
Er, Iustus est sui accusator in primo sermone. Secun-
da, ex multa humilitate. Est enim velutique extenua Prov. 17. 174
aurea, & si initium accepit, sequuntur omnia. Nam si
peccatum fuerit confessus, ut oportet confiteri, sit humilis ani-
ma. Ibidem inter precipua Penitentiae conditiones recen-
set, se in Sacerdotes, ut convenit, gerere. Subditque paulo
infra, peccata particulatim esse detegenda: Si autem
dicit: Sum peccator, ea autem per species non cogitat, ac
supprecat, & non dicit hoc, & illud peccatum admis-
sum nunquam cessabit, semper quidem consistens, curam autem
nullam gerens correctionis.

S. Hier. in c. 10. Ecclesiasticis, Si quem serpens diabolus
occulte momorderit, & nullo conficio eum peccati veneno
infectis: si tactus, qui percussus est, & non egerit Peni-
tentiam, nec vulnus suum fratri, & Magistro voluerit con-
fiteri: Magister, qui linguam habet ad curandum facile ei
prodesse non poterit. Si enim erubescat agrotus vulnus Medico
confiteri, quod ignorat Medicum non curat. Frater autem
& Medici nomine Sacerdotem intelligit, cui ex officio con-
venire astringit ligandi, solvendique potestatem. Cum pec-
catorum auctori varietate, ab ipso utique peccatore ea
singulatim confesso, ut ipsemet S. Hieronymus explicat Com-
mentario in esp. 16. S. Matthaei. Quomodo sicut aget
non tantum detegere generatim debet Medico morbum oc-
cultum, quo forte laborat, sed ipsi debet indicare, quid si-
bi doleat, eique omnia morbi symptomata, causas, & cir-
cumstantias aperire, ut congruis curet cum remediis, ma-
xime si gravis sit morbus, qui naturae vi, aut facilibus

Necessitas
Confessio-
nis.

Necessitas
Confessio-
nis.

obviisque remediis sanari non possit, utpote partes inter-
nas, quibus vita fovetur, afficiens; in confessio peccato-
rum, qua vite spiritalis principium, id est, gratiam, &
caritatem destruit, & ob id mortalia nuncupantur, om-
nium admittorum sigillatim, & nominatim esse debet.

S. August. in Pf. 66. Confessione tua (inquit) sanum col-
legerat, a noxio tamen tunc, cruciatu te, requiescere non
sinebat: adhibet Matheus femina verborum, & aliquando
fecit: adhibet medicinale ferrum in correptione tribulatio-
nis: in agnosce Medici manus: confitetur, exat in confes-
sione, & desinit omnia sanior; jam latere, quod reliquum
est, facile sanabitur.

Concilio Trid. Catechismus alio probat argumento Con-
fessionis usum necessarium esse ei, qui mortali scelere pre-
mitur, ut ad spirituelum vitam revoctur: quod quidem
argumentum petit ex Christi verbis, hujus Sacramenti ad-
ministrandi potestatem clavem Regni colorum appellantis,
Matth. 16. Et tibi dabo claves Regni caelorum. Et quodcum-
que ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis:
& quodcumque solveris super terram, erit solutum & in
caelis. Et ad solam Petrum non pertinet, sed ad ceteros
etiam Discipulos, Christi verba confirmant c. 18. ver.
18. Unde Tertullianus, c. 11. Scripturae ait: Celsi clavus hic
Dominum Petro, & per eum Ecclesiae reliquit. E. S. Oportet
Milevitanis Lib. 1. contra Parmenianum ait: Petrum
clavem Regni colorum ceteris communicandas solum accepit.
Sicut ergo locum aliquem ingredi non potest sine ejus ope-
ra, cui clavem commisit: sic intelligimus neminem in
caelum admitti, nisi fores a Sacerdotibus, quorum fidei cla-
ves Dominus tradidit, aperiantur. Alter enim nullas
plane clavium alas in Ecclesia esse videbitur: ac frustra is,
cui clavium potestas data est, quempiam caeli aditu pro-
hibebit, si tamen alas via introitus patere queat. Unde
S. Augustinus Ser. 392. alias 49. inter Homil. 50. ait:
Qui post uxorem vestram vos illicite concubitu maculastis,
si prae uxorem vestram non aliqua concubistis, & agite
Penitentiam, qualis agitur in Ecclesia, ut oret pro vobis
Ecclesia. Nemo sibi dicit, Oculis ago, apud Deum ago:
novi Deus, qui mihi ignoscit, quis in corda meo ago.
Novi sine causa dictum est, Quae solveritis in terra, so-
luta erunt in caelo? Ergo sine causa sunt clavem data
Ecclesiae Dei? Frustramus Evangelium? Frustramus verba
Christi? Praemittimus vobis, quod ille negat?

Plurimum vero figuris adumbrata est Sacramentalis con-
fessio, & in Veteri Testamento, & in exordio Novi. Pec-
catorum scilicet confessionem quodammodo delineabant va-
ria illa Sacrificiorum genera, qua ad expianda diverfi
generis peccata a Sacerdotibus fiebant. In Nova autem Lege
Christus figuris insignis illius institutioni praemisit. Ad eam
enim pertinet, quod Christus iis, qui a lepra in itinere
curati sunt, praecipit, ut Sacerdotibus se ostenderent,
illorumque iudicium subirent, (Luc. 18. 14.) Sicut Sacer-
dotum Leviticis Sacerdotibus Evangelicis figura fuit; ita
ostensio lepra Leviticis Sacerdotibus facta, & sanitas Le-
prosis ad illos ex mandato Christi euntibus collata, figura
fuit confessionis peccatorum Sacerdotibus Evangelicis facien-
da, & venia, ac saluti eorum ministerio obtinenda.
Corporis quoque lepra purgare, seu (ut verius dicam)
haud purgare quidem, sed purgato probare, Iudaorum
Sacerdotibus solum licebat. At vero nostris Sacerdotibus non
corporis lepra, verum animae foris, non dico purgata
probare, sed purgare proferunt concessum esse (inquit) S. Jo.
Chrys. L. 3. De Sacerdotio, c. 5.

Ligandi solvendique potestatem, quam Novi Testamen-
ti Sacerdotibus collata erat, significasse etiam visus est
Dominus, cum Apollolis id negotii dedit, ut Lazarum a
mortuis excitatum vinculis solverent, quibus contractus
erat, Joannis 21. Quem locum ita S. Aug. explicat, Serin.
67. alias 8. De Verbis Domini: Mortuus est peccator, ma-
xime ille, quem moles confusio dicitur premis, quasi sepultus
est Lazarus. Quis enim suscitavit, nisi quem remota la-
pide clamavit, dicens, Lazare, proditor! Quid est autem
foras prodire, nisi quod occultum erat, foras prodere? Qui
confitetur, foras prodit. Foras prodire non posset, nisi vivere
vivere non posset, nisi resuscitatus esset. Ergo in Con-
fessione sui accusatio, Deilaudatio est. Dicit ergo aliquis,
Quid prodesse Ecclesiae, si jam confessor voce Dominica re-
suscitatus prodit? Quid prodesse Ecclesiae confitenti, cui Domi-
nus ait, Quae solveritis in terra, soluta erunt & in caelo?
Ipsum Lazarum attende: cum vinculis prodit. Jam vivebat
confidens: sed novum liber ambulabat, vinculis irretitus.
Quid ergo facit Ecclesiam, cui dictum est, Quae solveritis, so-
luta erunt, nisi quod ait Dominus continuo ad Discipulos,
Solve illam, & finite abire? Sine ergo nos accusamus,
sive Deum laudamus, bis Deum laudamus. Quando Deum
laudamus, sanguinem eum, qui sine peccato est, predicamus:
quando enim nos ipsos accusamus, ei, per quem resurrexi-
mus, gloriam damus. Hoc si feceris, nullam occasionem in-
venis inimicus, qui te circumveniat ante iudicem. Cum
enim tu ipse fueris accusator, & Dominus liberator: quid
erit illi nisi calumniator?

Catholici dogmata de confessionis Sacramentalis neces-
sitate probationes concludat Canon sextus Sessionis 14. Con-

cilii Trid. Si quis negaverit, Confessionem Sacramentalem
vel institutam, vel ad salutem necessariam esse iure divino;
aut dixerit, modum secreta confessio soli Sacerdoti, quem
Ecclesia Catholica ab initio semper observavit, & observat,
alienum esse ab institutione, & mandato Christi, & inven-
tum esse humanum: Anathema sit.

Ritus tamen, & sollemnes caeremonias ad confessionem
adhiberi solitas, non Christus instituit, sed Ecclesia. Quam-
vis autem illa ad Sacramenti rationem non spectent, ejus
tamen dignitatem magis ante oculos ponunt, & confiten-
tium animos pietate accensos, ad Dei gratiam facilius
consequendam preparant (inquit Concilii Catechismus.)
Cum enim aperto capite ad pedes Sacerdotis subiecti, de-
missio in terram vultu, supplices manus tendentes, aliaque
hujusmodi Christianae humilitatis signa dantes, quae ad
Sacramenti rationem necessaria non sunt, peccata confite-
ntur, ex his perspicue intelligimus, tum in Sacramento cae-
lestem vim agnoscendam; tum a nobis divinam misericor-
diam summo studio requirendam, atque effugiendam esse.

Obijcit, Sacrae Litterae passim omni Fidei contrito,
& vere penitentem remissionem peccatorum polliceri absque
ulla apud hominem praevia confessione. Illi. 1. 16. Lavamini,
mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum
ab oculis meis, quiescite agere perverse, discite bonifacere...
Si fuerint peccata vestra ut occinum, quasi nix dealbabitur:
& si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba
erunt. Et Ezechielis 18. 21. Si autem impius egerit Peni-
tentiam ab omnibus peccatis suis, quae operatus est, &
custodierit omnia praecipia mea, & fecerit iudicium, & jus-
tificationem: vita vivet, & non morietur. Omnium iniquitatum
ejus, quas operatus est, non recordabor. Cum igitur Deus
veracissimus sit, ei, qui haec praestiterit, quae a Prophetis
describuntur, plenam atque absolutam conferat remissionem
peccatorum. Nostra certe conditio deterior non est, quam
Iudaorum olim sub Lege: atqui deterior erit, si illis qui-
dem sola apud unum Deum peccati Confessio veniam obti-
nuit, nobis vero idem consecuti non licet, nisi homini
insuper confessi fuerimus. Hac accedit, quod cum Veteri
Testamento servitus, Novi libertas propria fit, conveniens
non videtur, ut Confessionis jugum nobis quidem sub
Novo imponatur; Judaeis vero sub Veteri degentibus nul-
lum impositum fuerit.

Respondetur, Penitentibus quidem Deum optimam ma-
ximam veniam peccatorum polliceri, si secundum statuta
ab eo Leges Penitentiam agant, & remedia sibi procurant,
quae pro vario generis humani statu ejus providentia variis
temporibus aliis, atque aliis praeparavit. Alioquin Peni-
tentia vera, & sincera non esset. Sicut ergo in veteri
Lege interior mentis conversio non satis erat ad veniam
peccatorum obtinendam, nisi praescriptis a Lege Sacrificiis,
& Purificationibus peccata expiantur: & sicut Judaeis, qui
Christo nomen dabant, non sufficiebat fides, & Contri-
tio ad imperandam indulgentiam peccatorum post Circum-
cisionem communis, sed necessarius erat Baptismus a
Christo Novae Legis auctore ut medium ad salutem ne-
cessarium institutus: nec tamen divinarum promissionum
veritati Baptismi necessitas repugnabat: ita in Novo Te-
stamento non sufficit conversio mentis, & contritio; sed ne-
cessaria est, atque ab eo absolvaure: quia his omnibus ne-
cessario constat Penitentiam, qua Sacramentum est a Christo
Domino institutum: quod si haec non praestiterit, peccator
vere Penitens, & contritus dici non potest; quippe
qui secundum statuta a Christo Leges Penitentiam non agat.

Nec sequitur, nostram conditionem deteriorem esse,
quam Iudaorum olim erat sub Lege: immo potior esse
absolute, siquidem exculso per Christum veterum Sacra-
mentorum, Sacrificiorum, Ceremoniarum, & Observan-
tiarum legalium iugo: Alia vobis Sacramenta data sunt vir-
tute majora, effectu meliora, actu facilliora, numero paucio-
ra; ut ait S. August. Lib. 9. Contra Faustum, cap. 13. Con-
fessionis autem jugum, ut vocant Haereticis, cum a Christo
fuit impositum, cuius jugum suave est, & onus leve, legi
libertatis non magis repugnat, quam praecipium Baptismi,
& alia Christi mandata, quae non sunt sarcina onerata, sed
ala volatari, ut ait alibi S. Aug. & quae ceteris facillima
efficit. Nec vera gravior est confessio Sacramentalis, im-
mo longe levior, ac facillior veterum Sacrificiorum appa-
ratu, quae Lex Moisaica ad expianda peccata praescribebat.
Denique cum non timore pona, sed amore iustitiae; non
Lege extrinsecus terrente per litteram, sed Spiritu intus
sanante per gratiam, homines, quos vere peccatore pre-
miter, ad praecipuum confessionis implendum adducantur,
non servi sunt, sed liberi et libertate, qui Christus ipso
donavit. Quidam enim liberi erant, cum ad illud reme-
dium quaerendum obligentur, quia peccati servitute, qua
nulla turpior est, ac durior, liberantur?

Obijcit secundo celebre factum Nestoriani Episcopi Con-
stantinopolitani, qui Penitentiarum Praesbyterum Constanti-
nopolim abrogavit, occasione nobilis cuiusdam mulieris,
qua Diaconum cum ipsa fessione confecturum habuisse
confessa erat: & Unquamque pro arbitrio, & pro iusti-
mi

Confessio-
nis caeremo-
niae.

Objectionis
solutio.

Confessio-
nis.

Objectionis
facto Ne-
storiani
responden-
tiae.

mi sui conscientia ad Sacramentum Communionem accedere permittit; ut referunt Socrates Lib. 5. Historia Ecclesiastica, cap. 19. & Sozomenus Lib. 7. cap. 16. Ex quo Sacramentum Confessionem vel tunc in usu non fuisse, vel certo fuisse abrogatam a Nestorio, colligitur.

Sed & Nestorius in eadem Sede Successor S. Jo. Chrysost. confessionem soli Deo factam sufficere asserit ad peccatorum veniam obtinendam. Hom. 21. ad Populum Antiochenum: Neque hoc (inquit) tantum est admirabile, quod nobis peccata dimittit; verum & quod ipsa non revelat, nec manifesta facit, aut conficiat: nec cogit in medium procedentem, quae peccavimus enuntiare, sed sibi soli rationem reddere jubet, & sibi confiteri. Et Hom. 2. in Psalm. 50. Peccata tua dico, ut ea deleat. At pudes dicere, te peccasse: dic ea quotidie in oratione. Num enim dico, ut ea confersis dicas, quibus exprimeret? Dic Deo, qui eis medetur. Hom. 21. in Ep. ad Hebraeos: Non tibi dico, ut peccata tanquam pompam in publicum offeras, neque mihi apud alios oculos acutus sis sed suades, ut parvas Propheeta dicenti: Revela Dominum viam tuam. Apud Deum ea confitere; apud Iudicem confitere peccata tua, orans, si non lingua, saltem memoria: & sic misericordiam impetra.

Respondetur ad primum, Publicam tantum aeternorum peccatorum confessionem cum Penitentiario Constantino-politano abrogatam esse a Nestorio, quae Christiana plebi gravissimum ostensionem creaverat occasione mulieris a Diacono vitatae, quae abdicando Penitentiam Disciplina Praefecto locum dederat: sed sacramentalis confessionem, (quae in publica fit, an secreta, perinde est ad Sacramenti substantiam) Nestorius abrogasse negamus. Peccata etiam occulta publici renuntiata fuisse aliquando coram Clero, & Plebe Christiana, ex consilio, vel mandato Sacerdotis, dicitur ex Origene. Hom. 2. in Pf. 27. Circumspice (inquit) diligenti, cui debeas confiteri peccatum tuum: proba prius Medicum cui debeas causas languoris exponere... Ut ita demum si quid ille dixerit, quise prius, & eruditum Medicum ostenderit, & misericordem, si quid consilii dederit, facias, & sequaris, si intellexeris; & praeviderit talem esse languorem tuum, qui in conventu totius Ecclesiae exponi debet, & curari, ex quo fortassis & ceteri edificari poterunt, & turpe facile sanari: multa hoc deliberatione, & satis perito Medico illius consilio procurandum est. Publicam fuisse mulieris, quae se a Diacono vitatam prodidit, Confessionem constat, si ve sponte, si ve iusta, aut consilio Penitentiarii illam peregerit: confesso enim secreta non adeo Ecclesiam turbulet, ut ostensionis fuisse. Constat nihilominus confessionis peccatorum letalium, etiam occultorum, usum & tunc temporis, & antea in Ecclesia receptum fuisse. Non enim publicum fuisse videtur Mulieris illius peccatum. Quod nisi ignotum fuisset, tantam Christianae Plebi ostensionem illius confesso non creasset. Id Sozomeni verba probant: A Diacono se supratam prodidit. Quid est enim prodere, nisi rem occultam, atque intus latent em referre? Constat insuper non quaedam solum capitula crimina, sed sigillatim omnia post Baptismum commissa explicari solita Sacerdoti Penitentiae Praefecto. De illam enim Muliere Socrates refert, quod Delibata post Baptismum a se perpetrata sigillatim confessa erat. Constat tertio, Penitentiarium pro aliis peccatis praeter crimen supri, quae Confessione detexerat haec mulier, Penitentiam publicam imposuisse. Presbyter vero (inquit Socrates) praecepit Mulieri, ut sejunxerit, & orationibus continuis vacaret, quo scilicet una cum delictorum Confessione opus etiam Penitentiae conveniens ostendat. Opus autem conveniens Penitentiae occulte non ostenditur. Peccata igitur occulta, praeter suprum, haec Mulier Penitentiario confessa fuerat, pro quibus Penitentiam cum in Ecclesia peregerit, a Diacono vitata est. Quarto, id confirmat Sozom. Lib. 7. Histor. Eccl. c. 16. ubi ait, In petenda venia peccatum necessario confiteri oportere; usumque confessionis, & penitentiae Episcopos urbis Roma jam inde ab ultima vetustate ad suam usque aetatem custodisse. Denique testatur Sozomenus, Penitentiarium Presbyterum, qui Novationorum occasione sibi Ecclesiastico ab Episcopo adjectus est, hominem fuisse prudentem, & securitate insignem: ad quid autem necessaria fuisset taciturnitas, nisi occultorum etiam criminum arcanum confessionem exceperit? Crates (inquit) ac molestum ab initio iure merito visum est Sacerdotibus, id est, Episcopis, tanquam in theatro, circumstante totius Ecclesiae multitudine, crimina sua vulgare, atque ex Presbyteris aliquem, qui vicia integritate speculatus esset, & tacturavitare, ac prudentia polleret, huic officio praefectum: ad quem accedentes ii, qui delinquerant, actus suos confitebantur; ille vero pro cuiusque delicto quid animi faceret singulis, auclere oportere. parva loca indicans, absolvent confitens a se ipsi parvas criminum exactiones.

Quod vero ait Socrates, Nestorium permisisse, ut unusquisque pro arbitrio, & pro animi sui conscientia ad Sacramentum Communionem accederet, nihil aliud significat, nisi iugo publicae confessionis, & publicae pariter Penitentiae ob occulta crimina subeunda solutos Fideles in Ecclesia Constantinopolitana, simul ac Penitentiarii sublatos esse; rebus in eum statum restitutos, in quo erant ante Penitentiarii illius institutionem, ut unusquisque confessionem secreta peccatorum, cum opus erat, expiatis, ad Eucharistiam accederet.

Ad secundum responderet, S. Jo. Chrysostomum locis laudatis, & aliis similibus Confessionem sacramentali nihil officere, quam alibi discrete adduxit, Libris praefertim De Sacerdotio; sed vel illius tantum Confessionis excludere necessitatem, ex qua reorum infamia sequatur, vel cuiuscumque ministerium, si ve testimonium excludere ad examine conscientiae quotidianae, si ve a quotidiana Penitentiae; non autem a Penitentiae Sacramento, quod potestate Clavium Ecclesiae a Christo Domino traditarum ad ministratur; vel denique de Contritione loqui, quae peccata quaelibet expungit, cum perfecta est, absque actuali Ministerio Sacerdotis. Negat itaque S. Chrysostomus, & Dem Optimum Maximum confessionem a peccatoribus exigere, quae ipsos in discrimen conscientiae salutis, vel honoris, quibus exigitur ab iis, qui capitulum criminum rei ad Magistratum tribunalia deferuntur; nullam ipsi infamiae labem aspergi, aut, quia non cognatur Praesentibus quibusdam ea enuntiare, & in medium procedentes palam confiteri, sicut capti latrones, vel effusores sepulchrorum a secularibus Iudicibus ad confessionem coguntur. Negat, Deum confessionem illi similem exigere, quae fit a facinorosis coram frequenti hominum cetero, qui Crimen exprobrant, ac veluti in medio theatro. Negat confessionem exigi a Deo, ut peccator puniatur, non negat exigi, ut laxetur. Negat denique confessionem a Deo exigi, quae in publico iudicio, probatione per testes instituta fit; & quae peccata tanquam pompam in publicum profertur: non negat Confessionem secretam.

Loquitur etiam quandoque S. Jo. Chrysost. de quotidiana Penitentia, de examine conscientiae singulis diebus a Fidelibus instituendo, & de contritione, ac lacrymis, quae illius examinis comites esse debent. Hae autem intus in conscientia secreta, si ve teste, solo Deo praesente, fieri possunt. Eo collinet Hom. 2. in Pf. 50. Cum autem (inquit) in lectum, hoc est, ad tranquillum portum te concessisti, nec ullus est, quibus molestiam exhibeat, dic cordi tuo, atque anima tua: Excogitas hodie nam dicit, o anima: quid boni fecimus, aut quid mali admiximus? Agebentia recorde, ut metu affectus, bonum angustas, malum autem de medio tollas. Si in lecto, atque tibi peccata tua in memoria venerint, collacryma: atque ea hac ratione in lecto delere poteris. Deum tuum roga, atque obsecra, si que corpus hominibus trade, postea quam prius peccata confessus fueris. Hic Confessione soli Deo facta peccata quotidiana, & leviora curantur, atque delentur abique Ministerio Sacerdotis: sed ad gravis, atque letalia peccata expandi non sinitur absque Sacerdotis opera, & absque Confessione sacramentali apud eum facta, vel ejus faltem proposito, cum peccator perfecte contritus est. Quod ex Homil. 30. ejusdem Paris in Genesim discrete confirmatur: Quia (inquit) in magnam hanc hebdomadam pervenimus Deigratia, nam maxime & Jesu cursum intendamus, & magis continuanda sunt praeter, faciendaque diligens, & pura peccatorum Confessio. Et infra: Scit enim inimicus noster, quod pro tempus illud possumus de iis, quae ad nostram salutem attinent, loqui, quae peccata declarare, seu aperire, & detegere vulnus Medico, & sanitatem consequi. Et Hom. 20. in Genesim: Arzamen, qui haec fecit, si voluerit, ut decet, nisi conscientiae adiumento, & ad Confessionem facinorum se haurire, & Medico ostendere ulcus, qui curat, & non exprobrat, atque ab illo remedia accipere, & soli ei loqui, nullo alio consilio, & omnia dicere cum diligentia, facile peccata sua enuntiabit. Confessio enim peccatorum absolutiorum est delictorum. Hic enim de Confessione soli Deo facta non loquit S. Chrysostomus, patet, cum necesse non videtur omnia facinora Deo cum diligentia confiteri, & ulcus illi ostendere, cujus notitiam effugere non possunt, quantumvis arcani, & recondita sint.

Obicitur tertio S. Ambrosii locus Lib. 10. in Lucam, Petrus doluit, & fleuit, qui erasis, ut homo. Non invenit quid dixeris in venio quod fleverit. Lacrymas ejus lego, satisfactionem non lego. Sed quod defendi non potest, ab ipse petest. Lavant lacryma delictum, quod vae pndat esse confiteri. Ex quibus verbis colligitur, minime necessariam esse Confessionem Sacerdotibus factam.

Respondetur; S. Petrum, non instituto Penitentiae Sacramento, & Confessione, quae pars ejus est, Penitentiam egisse, quae proinde sola Contritione, lacrymis peccatum ipsum delere potuit. Et tunc etiam Contritionis perfectae tanta vis est, ut ante vulnere Confessionem peccata dimittat: sed Confessionis apud Sacerdotem edocenda necessitatem proferens non excludit S. Ambrosium: immo discrete adstruit Lib. 2. De Penitentia, cap. 6. Si vis justificari, fateri delictum tuum: solvis enim criminum nexu, verecunda Confessio peccatorum. Et cap. 10. An quisquam ferat, ut ardebas Deum rogare, quoniam erubescere rogare hominem? Et pudes te Deo supplicare, quem non latet, cum te non pudes peccata tua homini, quem lateat, confiteri?

Obicitur quarto. Canon Quisdam, Dist. 1. De Penitentia, ex Theodori Cantuariensis Penitentiarii a Gratiano citatus:

S. Chrysost. Confessionem sacramentali non officit.

Necessitas Confessionis.

S. Ambrosius Confessionem sacramentali non officit.

Ex Theodori Cantuariensis.

tatus: Quisdam (inquit) Deo solummodo confiteri debere peccata dicunt, ut Graeci. Quisdam vero Sacerdotibus confitenda esse peccata sentiunt. Ut nota fere Saubia Ecclesia, quod omnia subicit sub pedibus ejus: & ipsum debet caput super omnem Ecclesiam. Idcirco Isaac 22. de iplo legitur: Et dabo clavem Domus David super humerum ejus: & aperiet, & non erit, qui claudat: & claudet, & non erit, qui aperiat. Et Apocalypsis 3. Haec dicit Sanctus, & Verus, qui habet clavem David: qui aperit, & non claudat, claudet, & non aperit. Et cap. 1. Ego sum Primus, & Novissimus, & vivus: & sui mortuus, & ecce sum vivens in saecula saeculorum: & habeo claves mortis, & inferni. Quibus verbis nihil aliud significatur, quam Christum esse summum Caput super universam Ecclesiam, atque adeo accepisse eum a Patre auctoritatem super omnem Principatum, & Virtutem, & Dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc saeculo, sed & in futuro, ut ei omne genuflectatur, coelestium, terrestrium, & infernorum; qui propitius ad se per veteris vitae Penitentiam a peccatorum vinculis absolvet, absolutoque in Regnum suum intromitteret: aversos vero, & ad sua desideria conversos a Regni caelestis ingressu repelleret, ligatisque manibus, ac pedibus mitteret in tenebras exteriores: qui Scripturas denique nobis aperiret, voluntatem Dei patefeceret, & quaequoque a Patre audivisset, nobis manifestaret. Eisdem Regni caelestis claves Christus habet dicens Apollis, illorumque Successoribus in Ecclesia relictis, quemadmodum Petro dixit: Tibi dabo Claves Regni Caelorum. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis, & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis. Nam quod eadem potestate, quae ipse a Patre missus est, eisdem in orbem terrarum miserit, plane testatur Joan. 20. sicut (inquit) misit me Pater, & ego misit vos: non tantum, ut Dominos, sed ut Ministros, qui legatione pro Eo fungerentur, in edificationem corporis ejus, quod est Ecclesia. Unde potestatem Christi Clavem excellens: potestatem vero Ministrorum Ecclesiae, Clavem Ministerii, Theologi post S. Thomam appellant.

Quae ut magis perspicua faceret, Claves partim sunt in Clavem Ordinis, & Clavem Jurisdictionis: Et rursus utramque in Clavem Scientiae, quae & discretionis appellat, & Clavem Potestatis. Clavis Ordinis, est Potestas ligandi, atque solvendi, cum Ordine Sacerdotali collata, qua Index Ecclesiasticus dignos recipere, & indignos excludere debet in Regno. Quam destinationem tradidit Joannes XXII. Pontifex Maximus in Extravaganti, Quia quorundam, Tit. De Verborum Significatione, & ante ipsum Magister Sententiarum, & S. Thomae Clavis Jurisdictionis est Auctoritas in alterum tanquam in subditum data, per quam Sacerdos velut Index Sententiarum in eum rite ferre valeat, eumque ligare, vel solvere. Clavis, seu Potestas Jurisdictionis duplex est, alia in foro exteriori, seu in Tribunali Penitentiae, alia in foro interiori, seu in Tribunali Penitentiae, Prima confertur vel Pastoralis Beneficii canonice collatione, & institutione; vel approbatione Episcopi, si ve Ordinarii Praelati ad audiendas Confessiones suorum subditorum. Quae quidem Potestas solis Sacerdotibus conferri potest: nec simul confertur cum Ordine Sacerdotum. Unde haec verba Episcopi Sacerdotes inaugurantis, Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, Clavem, seu Potestatem Ordinis duntaxat, non Jurisdictionis conferunt. Quod aliis verbis exprimit S. Thomas, Qu. 13. Supplementi, Art. 2. ad secundum. Omnis (inquit) Potestas spiritualis datur cum aliqua consecratione: & ideo Clavium Ordinis datur. Sed executio Clavis indiget materia debita, quae est plebs subiecta per Jurisdictionem: Et ideo aeternam Jurisdictionem habet, habet Claves, sed non habet aeternam Clavium: & quia Clavis per aeternam dicitur, ideo in destinatione Clavis ponitur aliquid ad Jurisdictionem pertinens. Clavis Jurisdictionis in foro Ecclesiastico exteriori, est potestas coercedi peccatores sine vi corporali, quae adhibetur, non ut homines, sed ut error, & crimen tollatur, non ut homines ledantur, sed ut eurentur; non ut perantur, sed ut corrigantur. Haec est potestas Excommunicationis, aliarumque Cenfarum ferendarum in publicos peccatores, & contumaces, eosque absolvendi, & reconciliandi, si Penitentes Absolutionem petant. Quae potestas iis etiam, qui Sacerdotali Characteri non sunt insigniti, modo fiat Clerici, conferri potest a Summo Pontifice, vel ab Episcopo. Potestas Jurisdictionis in utroque foro alia est ordinaria, alia delegata. Ordinaria in iis duntaxat relict, quibus Animarum cura, & regimine ex officio competit, scilicet in Summo Pontifice, Episcopo, Parochis, & Praelatis Regularibus. Summo Pontifici convenit summa, & plena Potestas Jurisdictionis in utroque foro pro universam Ecclesiam. Episcopo convenit utriusque fori potestas ordinaria in sua duntaxat Diocesi. Parochis convenit Potestas ordinaria jurisdictionis in foro duntaxat interiori, & in suis duntaxat Parochianos. Praelatis Regularibus competit ordinaria potestas in utroque foro, sed in suos duntaxat subditos Regulares. Potestas delegata tribuitur ab eo, qui ordi-

ARTICULUS IV.

De Clavibus Ecclesiae a Christo traditis.

CUM potestatem remittendis, retinendisque peccata Christi Clavium nomine appellaverit, opere pretium est, ut de clavibus breviter agamus, eorumque notionem, & divisionem tradamus, quantum necesse est ad Clericorum institutionem. Clavis in Scriptura Sacra summam quandam auctoritatem, potestatem, gubernationem, & domesticam administrationem designat. Nam & in profanis, ac civilibus rebus clavium traditio translationem dominii, ac possessionis significat. Nec ab re, quod habenti claves non solum omnia, quae in domo fuer, patent, sed & ei potestas fit quouslibet vel admittendi, vel excludendi, atque etiam secretissima quaeque cubacula referandi, vel occidendi. Cum itaque Christus in domo Dei non tanquam servus, sed tanquam filius in domo sui fuerit, summa eademque aeterna auctoritate administrationis a Patre accepta fruatur: quemadmodum ipse ait Matth. ult. Data est mihi omnis Nat. Alex. Theol. Tom. I.

Clavis nomine in Scriptura Sacra, quid intelligatur.

potestas in caelo, & in terra. Item Joan. 8. Pater omnia Judicium dedit Filio. Et ut Apostolus ad Hebraeos scribit: Omnia subicit sub pedibus ejus: & ipsum debet caput super omnem Ecclesiam. Idcirco Isaac 22. de iplo legitur: Et dabo clavem Domus David super humerum ejus: & aperiet, & non erit, qui claudat: & claudet, & non erit, qui aperiat. Et Apocalypsis 3. Haec dicit Sanctus, & Verus, qui habet clavem David: qui aperit, & non claudat, claudet, & non aperit. Et cap. 1. Ego sum Primus, & Novissimus, & vivus: & sui mortuus, & ecce sum vivens in saecula saeculorum: & habeo claves mortis, & inferni. Quibus verbis nihil aliud significatur, quam Christum esse summum Caput super universam Ecclesiam, atque adeo accepisse eum a Patre auctoritatem super omnem Principatum, & Virtutem, & Dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc saeculo, sed & in futuro, ut ei omne genuflectatur, coelestium, terrestrium, & infernorum; qui propitius ad se per veteris vitae Penitentiam a peccatorum vinculis absolvet, absolutoque in Regnum suum intromitteret: aversos vero, & ad sua desideria conversos a Regni caelestis ingressu repelleret, ligatisque manibus, ac pedibus mitteret in tenebras exteriores: qui Scripturas denique nobis aperiret, voluntatem Dei patefeceret, & quaequoque a Patre audivisset, nobis manifestaret. Eisdem Regni caelestis claves Christus habet dicens Apollis, illorumque Successoribus in Ecclesia relictis, quemadmodum Petro dixit: Tibi dabo Claves Regni Caelorum. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis, & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis. Nam quod eadem potestate, quae ipse a Patre missus est, eisdem in orbem terrarum miserit, plane testatur Joan. 20. sicut (inquit) misit me Pater, & ego misit vos: non tantum, ut Dominos, sed ut Ministros, qui legatione pro Eo fungerentur, in edificationem corporis ejus, quod est Ecclesia. Unde potestatem Christi Clavem excellens: potestatem vero Ministrorum Ecclesiae, Clavem Ministerii, Theologi post S. Thomam appellant.

Quae ut magis perspicua faceret, Claves partim sunt in Clavem Ordinis, & Clavem Jurisdictionis: Et rursus utramque in Clavem Scientiae, quae & discretionis appellat, & Clavem Potestatis.

Clavis Ordinis, est Potestas ligandi, atque solvendi, cum Ordine Sacerdotali collata, qua Index Ecclesiasticus dignos recipere, & indignos excludere debet in Regno. Quam destinationem tradidit Joannes XXII. Pontifex Maximus in Extravaganti, Quia quorundam, Tit. De Verborum Significatione, & ante ipsum Magister Sententiarum, & S. Thomae Clavis Jurisdictionis est Auctoritas in alterum tanquam in subditum data, per quam Sacerdos velut Index Sententiarum in eum rite ferre valeat, eumque ligare, vel solvere.

Clavis, seu Potestas Jurisdictionis duplex est, alia in foro exteriori, seu in Tribunali Penitentiae, alia in foro interiori, seu in Tribunali Penitentiae, Prima confertur vel Pastoralis Beneficii canonice collatione, & institutione; vel approbatione Episcopi, si ve Ordinarii Praelati ad audiendas Confessiones suorum subditorum. Quae quidem Potestas solis Sacerdotibus conferri potest: nec simul confertur cum Ordine Sacerdotum. Unde haec verba Episcopi Sacerdotes inaugurantis, Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, Clavem, seu Potestatem Ordinis duntaxat, non Jurisdictionis conferunt. Quod aliis verbis exprimit S. Thomas, Qu. 13. Supplementi, Art. 2. ad secundum. Omnis (inquit) Potestas spiritualis datur cum aliqua consecratione: & ideo Clavium Ordinis datur. Sed executio Clavis indiget materia debita, quae est plebs subiecta per Jurisdictionem: Et ideo aeternam Jurisdictionem habet, habet Claves, sed non habet aeternam Clavium: & quia Clavis per aeternam dicitur, ideo in destinatione Clavis ponitur aliquid ad Jurisdictionem pertinens. Clavis Jurisdictionis in foro Ecclesiastico exteriori, est potestas coercedi peccatores sine vi corporali, quae adhibetur, non ut homines, sed ut error, & crimen tollatur, non ut homines ledantur, sed ut eurentur; non ut perantur, sed ut corrigantur. Haec est potestas Excommunicationis, aliarumque Cenfarum ferendarum in publicos peccatores, & contumaces, eosque absolvendi, & reconciliandi, si Penitentes Absolutionem petant. Quae potestas iis etiam, qui Sacerdotali Characteri non sunt insigniti, modo fiat Clerici, conferri potest a Summo Pontifice, vel ab Episcopo.

Potestas Jurisdictionis in utroque foro alia est ordinaria, alia delegata. Ordinaria in iis duntaxat relict, quibus Animarum cura, & regimine ex officio competit, scilicet in Summo Pontifice, Episcopo, Parochis, & Praelatis Regularibus. Summo Pontifici convenit summa, & plena Potestas Jurisdictionis in utroque foro pro universam Ecclesiam. Episcopo convenit utriusque fori potestas ordinaria in sua duntaxat Diocesi. Parochis convenit Potestas ordinaria jurisdictionis in foro duntaxat interiori, & in suis duntaxat Parochianos. Praelatis Regularibus competit ordinaria potestas in utroque foro, sed in suos duntaxat subditos Regulares. Potestas delegata tribuitur ab eo, qui ordi-

Matth. 16.

Clavis multiplex accipio.

Clavis Ordinaria.

Clavis Jurisdictionis.

Hec duplex.